



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

proprio Parocho defuncti , vt declarauit eadem Sac. Rituum congregatio apud Barbos. ubi supra d. cap. 26. num. 78.

S. III.

Cui debeatur praecedentia ; se
duo eadem die fuerunt or-
dinati .

²⁷ R Esp. quod in tali casu atten-
duntur merita , & alię qua-
litates ipsorum : & ideo Sacerdos
Doctor, præcedet Sacerdoti non
Doctori Nauar: conf. 5. num. 4. de
maior. & ob. item antiquior æ-
tate præcedet iuniori Bart. in l. r.
ff. de objeq. præst. Ricc. in Prax. son.
eccl. par. 3. ref. 271. vbi idem dicit
de duobus eodem tempore crea-
tis ducibus . Secus si fuerint di-
nadero tempore ordinati: tūc enim
Sacerdos prius ordinatus , licet
non sit Doctor præcedet Sacerdoti
Doctori postea promoto. tū quia
in habentibus dignitatem eiusdem
ordinis ille prefertur , qui prior
ad eam assumptus est l. 1. ff. de Alb.
scrib. tum quia prioritas promo-
tionis est maior qualitas , quam
Doctoratus c. Episcopos , ubi glos.
dist. 17. Nau. d. conf. 5. num. 9. Ricc.
ubi supra par. 3. ref. 276. Vulp. in
Prax. iudic. cap. 34. numer. 21. &
seq.

²⁸ Queres in quo loco sedere de-
bet qui duo officia substinet , puta
si Consiliarius sit , & aduocatus ?
Resp. quod sedere debet in loco
Consiliarii , seu maioris officij ,
et iā si interueniat uti Aduocatus:
quia dignitas consiliariatus est in-

separabilis à persona , ut decissum
refert Ricc. in Prax: ut supra p. 3.
refol. 273. qui ibidem ref. 274. in
fin. resoluit , Episcopum creatum
consiliarium sedere debere im-
mediatè post præsidem , siue De-
canum .

S V M M A R I V M .

- 1 Confuetudo optandi præbendas
sive domos canonicales à iure
canonico approbatur .
- 2 Optio non competit ratione ordi-
nis , sed ratione Canonie .
- 3 Canonicus , qui non est in sacris
an possit , optare .
- 4 Hac confuetudo spatio 10. anno-
rum inducitur .
- 5 Optans , dum acquirit nouum
titulum , admitti debet per sup-
riorem .
- 6 Optio expediri debet intratermi-
num 20. dierum .
- 7 An huiusmodi tempus 20. dierū
possit minui per capitulum .
- 8 An confuetudo , seu statutum
inducens maius tempus , quam
20. dierum adoptandum , prein-
dicet 'imperantibus apostolicis .
- 9 Quando locum non habeat con-
suetudo optandi .
- 10 An domus Canonicales , & alia
membra similia distincta , seu se-
parata à Canonicatu cadat sub
reseruatione .
- 11 Si habens beneficium reseruatū
optet aliud , dimissum spectat ad
prouisionem Pape , & optatum
non erit reseruatū: declaratur
num. 12.
- 12 Quando Canonicus optans possit
redire ad suam primā præbendā .

CAP. VLT.

